Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.

Morbio 26 (2)

Raynutius miseratione divina tituli sancti Angeli presbiter Cardinalis Venerabilibus Baptiste Tolentino et Joanni Marco Novario
Canonicis ecclesie Cremonensis Salutem in domino. Exhibita nobis nuper pro parte Siva de Ripa Rectoris parrochialis ecclesie Sanctorum Basilii et Salvatoris
loci Grontardi Cremonensis diocesis petitio continebat quod ipse cupiens dicte sue ecclesie conditionem efficere meliorem certas terras partes tunc expressas
ad ipsam ecclesiam legitime spectantes Herculi de Herculanis filio quondam [illegible] Cantori Sancti Nicolai Cremonensi in emphi
teosim perpetuam pro certo tunc expresso annuo perpetuo ficto sive canone Quadraginta Sextor auri vel circa nunc eiusdem singulis annis pro
ton medietate in festo Sancti Martini et pro alia medietate in festo Paschalis Resurrectionis domini nostri Jhesu Christi ipsi et pro tempore Rectori ipsius
parrochialis ecclesie persolvendo cum certis emphiteoticis et utilibus pactis tunc expressis locavit et concessit prout in Instrumento publico desuper
per confecto dicitur plenius contineri. Cumque locatio et concessio in emphiteosim huiusmodi in evidentem cesserint et cedant dicte ecclesie Sanctorum Basilii
et Salvatoris utilitatem cupiantque propterea tam ipse Siva Rector quam Hercules conductor prefati illas pro earum subsistentia firmiori apostolice
confirmationis munimine roborari Supplicari fecit humiliter ipse exponens sibi super his per sedem apostolicam de opportuno remedio misericorditer provideri
Nos igitur dictarum terrarum situationes confines valores qualitates et circumstantias dictique instrumenti tenorem presentibus pro sufficienter expressis
habentes et attendentes quod in his que in ecclesiarum utilitatem cedere dignoscuntur favorabiles esse debemus atque benigni Auctoritate domini pape cuius penitentiarie
curam gerimus Et de eius speciali mandato super hoc vive vocis oraculo nobis facto discretioni vestre committimus quatenus si per diligentem inqui
sitionem per vos super premissis servatis servandis habendam Locationem et concessionem in emphiteosim perpetuam predictas in evidentem dicte
ecclesie Sanctorum Basilii et Salvatoris utilitatem cessisse et cedere repereritis super quibus vestram conscientiam oneramus Locationem et concessionem
easdem ac prout eas concernunt omnia et singula in dicto Instrumento contenta licita et honesta apostolica auctoritate approbetis et confirmetis Omnesque
et singulos tam iuris quam facti defectus si qui forsan intervenerint in eisdem suppleatis Non obstantibus felicis recordationis Pauli pape II de rebus
ecclesie non alienandis et aliis Constitutionibus et ordinationibus apostolicis ac Provincialibus et Synodalibus statutis et Consuetudinibus etiam
Juramento confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis necnon stilo et consuetudine Curie Episcopalis Cremonensis etiam super edictis
et citationibus in similibus faciendis Ceterisque contrariis quibuscumque. Dat. Rome apud Sanctumpetrum sub sigillo officii penitentiarie Jd. Augusti
Pont. domini Julii pape III Anno Primo.

sep. Jo: Cribel quinquagintaseptemtlis
P. de Pamphilis
A. Cinus pro sigillo

[illegible] septuaginta [illegible] M. [illegible]

M dezer

1550. Aug. 13

Morbio 26 (2)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1876364130-19/fragment/page=0002